

quod gratiam et favorem nostrum ad ipsos tanquam ad benemeritos specialiter extendemus, ut, quod ipsorum fides apud nos semper digne promeruit, libenter et liberaliter etiam nostra serenitas largiatur. Tu vero, qui ab ipso principio corpus et animam, turres et bona omnia nostris penitus exposuisti promptis affectibus et exponis, qui devote et laudabiliter prosequeris, quod recepisti^{a)}, ad devotionem nostram invitans alios et inducens, in terra^{b)} beneficiorum nostrorum diversorum specialem tibi merito edificas mansionem, ut sic extendamus ad te nostre munificentie dexteram, sic te beneficiis ampliemus, ut remunerationem dignam de veteribus, futuris [et] presentibus novis servitiis nostre celsitudini fructuosis te gaudeas accepisse et animeris fortius ad futura. De turribus autem tuis, quas Viterbiensis populus custodiendas requirit, ecce, quod Richardum comitem Caserte ad partes ipsas capitaneum duximus transmittendum, cui inde mandavimus nostre beneplacitum maiestatis; a quo quicquid in mandatis ex parte nostra receperis, credas firmiter et efficaciter exequaris.

V.

Kaiser F(riedrich II.) unterrichtet den Generalvikar Vitalis von Aversa über politische und militärische Ereignisse, und zwar über eine allgemeine Beratung mit den Vertretern der toskanischen Städte in Pisa, über die Vereitelung eines Umsturzversuches in Parma, die Unterwerfung der Markgrafen von Ceva, Saluzzo und Montferrat und einen Angriff der kaiserlichen Flotte auf den Hafen von Genua.

(Oktober 1245)¹⁾.

Hs. fol. 25^{ab}.

F[ridericus] Dei gratia Romanorum imperator etc. Vitali de Adversa sacri imperii ab Amelia usque [Cornetum et] per totam Maritimam vicario generali, discreto fidei suo, suam gratiam et bonam voluntatem.

Successus felices nostris processibus occurrentes, postquam versus Pisas, ut nosti, direximus prospere gressus²⁾ nostros, auditui devotionis tue tenore presentium duximus^{c)} exprimendos. Nobis itaque Pisis morantibus ambassiatores omnium et singularum civitatum Tuscie, quos

^{a)} vielleicht statt incepisti? ^{b)} in terra] infra Hs. ^{c)} folgt duximus (!) Hs.

¹⁾ Zur Datierung und zum Inhalt oben S. 180 f. Nr. 32.

²⁾ Vgl. Ps. 36, 23; 39, 3; 118, 133 u. ö.